



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

5 De fide & operibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

ris prouocationem. Omnes hæretici confugerunt ad scripturas male ab eis intellectas.

Augustinus, Arrius adduxit pro se. 42. locos scripturæ.

Lutherani recipiunt scripturas sicut Iudæi vetus testamentum, quia insistant solum sensui literalis, & quæ sunt eis contraria ipsi torquent, unde sunt Theologi atramentales, secundum corticem & superficiem.

Ideo Iudaicum est scripturis impugnare ecclesiam. Luther in assertionibus dicit. Superbis & impijs scripturam semper esse maioris cæcitatibus occasionem: hoc dictum redundat in caput authoris & suorum sequacium.

DE FIDE ET  
operibus. V.

**F**idē nō sufficere sine operib⁹, & opa aliqd esse. i. meritoria vitæ æternæ, ex gratia dei acceptate. **Propositiō I.**  
Ait dominus ad Abraham: Ego Gen. 17.  
ero.

DE FIDE,

- ero merces tua magna nimis.
- Esa. 40** Ecce merces eius cum eo.
- Hier. 31** Est merces operi tuo, ait dominus
- Osee. 10** Seminate vobis in iustitia,
- Pro. 11** Impius facit opus instabile, seminantem autem iustitiā merces fidelis.
- Sap. 3. 5** Bonorum operum gloriosus est fructus.
- Iusti in perpetuum viuēt, & apud dominum est merces eorum.
- Sap. 10** Reddet deus iustis mercedē laborum suorum.
- Eccle. 2** Qui timetis deum credite illi, & non euacuabitur merces vestra.
- Eccle. 9** Quodcunq; potest manus tua instanter operare.
- Ibi. 13** Misericordia facit vnicuique locum, secundum meritum operum suorum.
- Psal. 17. 118.** Obseruabo me ab iniquitate mea, & reddet mihi dominus secundum iustitiam meam.
- Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum propter

pter retributionem.

Redet tibi dominus pro opere tuo, & plenam mercedem accipies à domino deo Israel, ad quē venisti.

Confortamini & non dissoluantur manus vestrae, i. opera: Erit merces operi vestro. Ruth. 2. Par. 19. Ioan. 4.

Qui meret mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit,

Gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cœlis. Et iterum, Mat. 3.

Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlo: Si merces ergo & meritū, cui merces debetur: Dicuntur enim relative ad inuicem, vbi vnum nequit intelligi sine alio. Luc. 6.

Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnū cœlorum sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est. Mat. 7.

Qui

DE FIDE.

- Ibidem 10.** Quicumq; potum dederit vni ex  
minimis istis calicem aquæ frigidæ,  
non perdet mercedem suam.
- Ibidem 20.** Voca operarios & redde illis mer-  
cedem: & antea: Quod iustum fue-  
rit dabo vobis.
- Mat. 19** Si vis ad vitā ingredi serua mādata  
**25** Esuriui & dedistis mihi manduca-  
re &c. Venite benedicti patris mei,  
percipite regnum, quod vobis para-  
tum est ab origine mundi.
- Ioan. 5** Procedent qui bona fecerūt in re-  
surrectionē vite, qui vero mala ege-  
runt in resurrectionem iudicij.
- Ioan. 15.** Vos amici mei estis, si feceritis que  
ego præcipio vobis.
- Rom. 2** Reddet deus vnicuiq; secundum  
opera eius.  
Gloria & honor omni operanti  
bonum.  
Nō enim auditores legis iusti sunt  
apud deum, sed factores legis iusti-  
ficabuntur.
- 1. Cor. 3** Vnusquisq; mercedem accipiet se-  
cundum

cundum laborem suum.

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal domini nostri Iesu Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.

Si volens hoc agam mercedem habeo.

Idem 2<sup>o</sup> & 15<sup>o</sup>

Abundantes in omni opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino.

Id quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate, aeternae gloriae pondus operatur in nobis,

Galat. 6

Quae seminaverit homo, haec & metet &c.

Collof. 3

Quodcumque facietis, ex animo operamini sicut domino & non hominibus, scientes quod a domino accipietis retributionem haereditatis.

Col. 3

Ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni bono fructificantes.

Phil. 3

Mihi vivere Christus est & mori lucrum.

DE FIDE.

**Phil. 2** **Lucrum:** Si lucrum, ergo meritum,  
Cum metu & tremore vestram salu-  
tatem operamini.

**Heb. 6** Non est iniustus deus ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, quam ministrastis sanctis.

**Heb. 13** Beneficentiae & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur deus.

**2. Io. ca. v-  
nico.** Videte vosmetipsos, ne perdatis quae operati estis, sed ut mercede plenam accipiatis.

**1. Ioan. 3** Filioli nemo vos seducat, qui facit iustitiam iustus est, sicut & ille iustus est.

Iustus non peccat in omni opere bono, opus autem bonum viuum esse meritorium, non mortuum, vide Tomo primo homilia secunda septuagesimae.

**Eccle. 24** Qui operantur in me non peccabunt, & qui elucidant me vitam aeternam habebunt.

Virgo

ET OPERIBVS. 45

Virgo si nubat, non peccat.

1. Cor. 7.

Satagite fratres vt per bona ope

2. Pet. 2.

ra certam faciatis vestram vocatio-  
nem & electione m, hec enim facien-  
tes non peccabitis aliquando. Sic  
enim abundanter ministrabitur vo-  
bis introitus in æternū regnū domi-  
ni & saluatoris nostri Iesu Christi.

1. Ioan. 3.

Omnis qui nat<sup>9</sup> est ex deo, pecca-  
tum non facit, quoniam semen eius  
manet in eo, & non potest peccare,  
quia ex deo natus est. Nota non po-  
test peccare, sequēs inclinationem  
charitatis, secūdum quam natus est  
ex deo, quia charitas non agit per-  
peram.

Hec scribo vobis, vt non peccetis.

Ex bonis operibus vos considerā-  
tes, glorificent deum.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 2.

Fruētificātes in omni opere bono.

1. Pet. 2.

Euigilate iusti, & ne peccetis.

Colof. 3.

Si oculus tuus fuerit simplex, non

1. Cor. 13.

habens aliquā partem tenebrarum

Mat. 6.

totum corpus tuum (id est, tota con-

G gerics



DE FIDE.

series operū tuorum ) lucidū erit.

¶Propositio III.

Fidem aliquam esse inanem, quia sine operibus.

**Iaco. 2.** Quid proderit fratres mei, si fidē quis dicat se habere, opera autē nō habeat, nunquid poterit fides saluare eū? infra, Fides si nō habeat opera mortua est in seipſa. infra: Vis autem scire o homo inanis, quoniā fides sine operibus mortua est &c.

¶Propositio IIII.

**Ioan. 8.** Fides est opus. Quid faciemus ut operemur opera dei? Respondit Iesus, Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Et iterū: Si filij Abrahę estis, opera eius facite, sed præcipuū opus Abrahę fuit fides. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi in iustitiā. Ecce fides inter opera computatur.

**Gen. 15**

¶Propositio V.

**Mar. vlt.** Non sufficit credere: Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in nomi-

nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos (nō solum credere sed etiam) seruare omnia quęcunq; mandauī vobis.

Non sufficit quod cæco liniatur *Ioan. 9.*  
oculus luto, sed oportet quod vadat  
ad natatoria Siloe.

Si habuero omnem fidem, vt mō- *2. Cor. 13.*  
tes transferam, charitatem aut non  
habuero nihil sum. Per hoc probat  
Augustinus. 15. de Trinit. fidem non  
habere necessario charitatem an-  
nexam.

Itaq; operemur bonū ad omnes, *Galat. 6.*  
maxime ad domesticos fidei. *1. Tim. 4.*

Bonum certamē certauī, cursum  
consummaui, fidem seruauī, de reli-  
quo reposita est mihi corona iusti-  
tię, quam reddet mihi dominus in  
illa die, iustus iudex.

Vobis donatum est pro Christo, *Phil. 1.*  
vt nō solum in eū credatis, sed etiā  
vt pro illo patiamini.

¶ Propositio VI.

G 2

Charit-

DE FIDE.

Charitas est melior & perfectior fide.

2. Cor. 13. Nunc autem manet fides, spes, charitas: maior autem horum est charitas.

Charitas manet in beatitudine, & perficitur, fides non.

Ibi. Charitas nunq̄ excidit: Quū venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

Via charitatis eminentior q̄ fidei: ynde Paulus dicturus de charitate, 2. Cor. 12. inquit: Et adhuc excellentiorē viā vobis demonstro.

Idem ait, finis præcepti charitas.

1. Tim. 1. Christus interrogatus de magno mandato, respondit de dilectione, Mat. 22. quod est maximū & primū mandatum. ¶ Obijciunt hæretici.

Aba. 2. 1. Iustus ex fide viuit, Itaq; non ex operibus.

Rom. 1. 2. Qui credit in filium dei nō condemnatur. Ioan. 3.

Mat. 9. 3. Creditis, quia hoc possum facere vobis.

vobis, secundum fidem vestrā fiat vobis.

4 Credidit Abraham deo, & repu Gen. 15  
tatum est illi ad iustitiam.

5 Qui verbum meum audit, & cre Ioan. 5  
dit ei, qui misit me., habet vitam  
æternam.

6 Fides tua te saluam fecit, opera Mat. 9  
sunt hypocritarum.

7 Charitas est fructus fidei, quare August. de  
sola fides sufficit. fide & op  
rib.

8 Paulus ad Rom. & ad Galat. con  
tendit hominē iustificari per fidem  
sine operibus.

¶ Respondent Catholici.

Hic constat verum esse quod Aug.  
inquit hanc hæresim (non enim no-  
ua est, sed antiquissima) exortā ex  
verbis Pauli male intellectis.

Fatemur iustum ex fide viuere, est De primo  
enim fides fundamentum spiritua- Heb. 11  
lis ædificij, quia sperandarum rerū De secūdo  
substantia: Sed quod hereticus assu-  
mit ex sola fide, lacerat & falsificat

G 3 textum

## DE FIDE

textum, quia nullibi dicit iustum  
ex sola fide viuere.

**Aug. Tra-** Credere in deum vsu scripturæ,  
**cta. 10. sup** includit adhærere deo per charita-  
**Ioan. habe** tē secundum Aug. Theologi iunio-  
**tur de pe.** res appellant fidem formatā: liquet  
**dist. 2. cap.** ex s. Paul. In Christo Iesu neq; cir-  
**Charitas** cuncisio quicquā valet, neq; prēpu-  
**est aqua.** tium, sed fides per charitatem ope-  
**Galat. 5** rans: ecce Paul. non dicit sufficere  
quācunq; fidem, sed quæ operetur  
per charitatem.

**De tertio** Liquet ex secūdo, licet fides etiā  
informis poterat aliquid tempora-  
lis commodi impetrare, sicut Ro-  
mani virtutibus impetrarunt tantā  
dignitatem, secundum Aug. de ciui-  
tate dei lib. 5.

**Heb. 11** Et Raab meretrix fide nō perijt,  
(vt dicit apo.) cum incredulis, exci-  
piens exploratores cum pace: ita  
& ipsius fide informi concomitante  
ipsam humili, & deuota oratione,  
impetrare potest sui à peccatis per  
gra-

gratiam iustificationem. Credenti Rom. 4  
enim in eum qui iustificat impiū,  
reputatur fides eius ad iustitiā. Acce Hebr. 11  
dentemq; ad deum oportet credere  
quia est, Sine fide enim impossibile  
est placere deo.

Respōdet sanctus Iacobus. Abra De quarto  
ham pater noster nōne ex operibus  
iustificatus est, offerens Isaac filium Iaco. 2  
suum super altare? Vides quoniam  
fides cooperabatur operibus illius  
& ex operibus fides cōsummata est,  
infra: Vdetis quoniam ex operibus  
iustificatur homo, & non ex fidē  
tantum.

¶ Dicatur sicut de secundo.

Similiter. Quod autem calumnia  
tur opera facere hypochrisim, cur  
tūc Christus dixit, Sic luceat lux ve  
stra corā hominibus, vt videāt ope-  
ra vestra bona, & glorificēt patrem  
vestrum qui in cœlis est.

De quinto

De sexto  
Ma. 25

Et Beatus Petrus in cano. sua hor. 1. Pet. 2  
tatur fideles dicens, Conuersationē

## DE FIDE

vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractāt de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus considerantes vos, glorificent deum, &c.

**De septi.** Assumit falsum, quia charitas est fructus spiritus, nō fidei, & similiter fides est fructus spiritus. Paulus ait:

**Galat. 5** Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia &c. fides, modestia.

Omnes tamen Lutherani coacti argumentis fidelium incipiunt distinguere de fide, veram formatam fidem appellant in vulgari nostro: den liebereychē vuolthetigē glauben. i. boni operatricem fidem, quæ diues sit in charitate & operib. aliā nominant historicam. Sicut Oecolampadius demegoria, ponit aliqua opera viua, & aliqua mortua.

¶ Obijciūt Lutherani cōtra secundam propositionem.

**Esa. 64**

¶ Facti sumus, vt immundi omnes nos,

nos, & quasi pannus mēstruatę vni-  
uersę iustitię nostrę.

2 Non est iustus in terra qui bene Eccle. 5  
faciat & non peccet.

3 Non intres in iudicium cum ser- Psal. 163  
uo tuo domine, quia nō iustificabi-  
tur in conspectu tuo omnis viuens.

4 Quod nolo malū hoc facio, quod Rom. 7  
volo bonum, non facio, &c. Video  
autē aliam legem in membris meis  
repugnantem legi mētis meę, &c.

¶ Respondent catholici.

Hier. responder prophetam loqui  
de cōparatione iustitię legis, & iu-  
stitię euangelicę, nam legalis puri-  
tas ad euāgelium comparata est im-  
munditia. Augustin. ait: Iustitiā no-  
stram comparatam ad diuinā iusti-  
tiam non esse iustitiā: sicut ait Chri-  
stus: Nemo bonus nisi vnus Deus,  
quia nostra bonitas comparata ad  
deum non est bonitas. Luc. 18.

In Hebræo est peccabit, sicut Sep. De secūdo  
legūt, sed hac nō satisfacit, quia &

G 5 faci-



## DE FIDE.

faciet est futuri tēporis: Secundam  
lectionem ergo ecclesie, Non est qui  
faciat bonum, quin peccet: sed non  
semper tunc peccat, quādo facit bo  
num: sed in alio opere, vt Hier. li. 1.  
cōtra Iouin. & Aug. de peccatorum  
remissione lib. 2. cap. 20.

De tertio.  
De perfe-  
ctione iusti-  
tiae.

Respondet Aug. adductam autho-  
ritatem exponēs: Ne intres in iudi-  
cium cum seruo tuo: Noli, inquit,  
me iudicare secūdum te, qui es sine  
peccato, quia non iustificabitur in  
conspectu tuo omnis viuens, quod  
de hac vita dictum esse, sine difficili  
quæstione intelligitur. Et quod ait:  
Non iustificabitur, ad illam perfe-  
ctionē iustitię retulit, quæ in hac vi-  
ta non est: Hæc ille. Petit David iu-  
dicari secundum piā iustitiam, iu-  
dica me domine, psal. 7. & 25. sed nō  
secundum rigidam iustitiam, Aug.  
lib. 9. confessionum cap. vlt.

De quarto

Respondet apost. ipse ca. sequēti,  
Nihil ergo inquit, nunc damnatio-  
nis

ET OPERIBVS. 50

his (id est peccati, aut culpæ) est his  
qui sunt in Christo Iesu, qui nõ se-  
cundũ carnẽ ambulãt, lex enim sp̃i-  
ritus vitæ in Christo Iesu liberavit  
me à lege peccati, & mortis. Potest  
igitur in Christi fidelibus quã men-  
te seruiunt legi dei, concupiscentia  
carnis repugnante legi mentis, nul-  
lum esse peccatũ, quã tamẽ aposto-  
lus peccatũ vocat, quia peccato fa- 2. Cor. 3  
cta, & peccati p̃na est. Sicut & Chri-  
stus pro nobis peccatum factus est, 1. Pet. 2  
quia peccata nostra (id est p̃nas pec-  
catis nostris debitas) ipse pertulit  
in corpore suo super lignum.

DE CONFIRMATIONE VI.

¶ Confirmatio est sacramentum,

**B**aptismum admittit Luther  
esse sacramentum, sed confir-  
mationem negat.

At quia in cõfirmatione est signũ sensi Probatur  
bile, habẽs infallibilẽ assistentiã gra ratio-  
tiẽ sp̃s sancti, ideo est sacramentũ. Probatur

Quũ audissent apostoli, qui erãt authorit.  
Hiero.